



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

ix. Ad difficultatem spirandi manantem ex interioribus partibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

fatis sit: vna commiscebis & subiges, ex carne dabis per triduum.

Ad difficultatem spirandi ex capite manantem.

SI difficultas spirandi ex capite proficitur, ita cognosces. Accipitris oculi tumet: ex pectore respirat. hoc remedio curabis, quod continet semen caprifici, mellis paulum, vinum vetus: misceantur, simul contundantur, naribus infundantur per triduum, deinde dabis edendum catulum subrumum.

Aliud.

Lac asinæ, oleum rosaceum, modo sit plus lactis quam olei rosacei, in ahenum nouum indito, calefacito, ac ex his tepentibus confectas offas treis quotidie dabis per triduum, & ad sanitatem perduces.

Ad difficultatem spirandi manantem ex interioribus partibus.

CUM videbis accipitrem frequenter respirare, osque hiscere, ita curabis. Arsenici scissilis scrupulos duos, aloë in formam iecinoris concretæ, myrrhæ, sandarachæ, pulueris absinthij æquales scrupulos, calcis vinæ drachmas treis. conterito calcem viuam, in cacabum nouum restin-

Q. iij.

guendam tradito, ex hisque commistis & contusis globulos septem facito, quorum singuli sint pondere vnius siliquæ. quotidie dabis accipitri treis pilulas per triduū, ac post treis horas, quam pilulas dederis, vsque illum gestabis, donec ipsas pilulas reiecerit. Potes item aliud facere ex puluere ceramarino, qui recipit sex dactylos: priusquam voces accipitrem, ipsum tegito, ipsumq. puluerem conspersum vino veteri eius faucibus inferes, tumque carnibus suillis vino veteri dilutis eum nutries. Sunt qui cuminum montanum & argalicon misceant cum vino, & dent ex cibo quotidie globulos treis per triduum, & ita excrementa reddat, & persanetur.

Ad eum qui ex pectore strepit.

THVRIS masculi, sulphuris parem modum, cum mellis & vini æquali mensura: misceto & conterito cum suilla carne, dato accipitri comedere, & sanabitur.

Ad vulnera tineolarum.

CVM vides accipitris ventrem & collum glabescere, scito illum tineolas habere. ipsi dabis butyri ligulam, medullæ ceruinæ siliquas treis, myrrhæ siliquam, mel quantum satis sit. hæc miscebis, subiges, quo-